

De simbolo apostolorum XXII

Similiter officiales sicut magister civium. et sic de alijs. Item quilibet de suo statu: siue in statu maritali: siue virginali: siue in statu virginitalis. et sic de alijs

R

De articulo nono
Redo in spūm sanctum. Expe-
ditis articulis specialiter respici-
entibus personas patris et filij.
nunc accedendum est ad eos qui tertiaz
in trinitate respiciunt personam. videli-
cet spiritus sancti. Et istum articulum de-
scribit Jacobus minor frater symonis
et iude. Et merito. quod quilibet christianus
teneatur credere hunc articulum. Quia
sicut necessarium est ad salutem credere in
patrem et in filium: ita et in spūm sanctū.
quia ipse est per omnia patri et filio equalis
quia est eiusdem essentie cum patre et filio.
Ergo de necessitate salutis tenet quilibet
christianus credere quod spūs sanctus pro-
cedit a patre et filio. In hoc greci errant
quod dicunt quod solum a patre procedit. et non
a filio quod est falsum et contra fidem.
Unde canitur in simbolo Qui a patre
filios procedit. Unde etiam ab aposto-
lo spūs filij nuncupatur. Gal. iij. **Di-**
sit deus spūm filij sui in corda vestra. si
ergo est spiritus filij: vtiq; est et filio. Et
ita planum est quod procedit ab eo. Item sci-
endum quod spūs sanctus ab omnibus est de-
siderandus. Quia per ipsum vivificamur
Johannis. vi. Spūs est qui vivificat. nā
qui caret spūs sancto: mortuus est. nā sic
spūs rationalis necessarius est corpori
vt illud vivificet. Si enim auferat spi-
ritus in pulverem revertitur. Eodem modo
spūs sanctus se habet ad animam. Un-
de ps. Auferes spūm eorum et deficient. Item
necessarius est nobis spūs sanctus. quod
nisi per eum a malo liberamur: et boni ope-
ramur. Unde augustinus in libro de gratia.
Desiderate auxilium gratie quod sola omnes
liberamur a malo. sine qua nullum prosumus
siue cogitando siue volendo et amando
liue agendo facimus bonū

R

De decimo articulo.
Anciam ecclesiam catholicam.
Hunc articulum descripsit beatus
symon qui dicitur est cha-

naneus frater Jacobi minoris et cōsan-
guineus salvatoris. Sciendū quod ille ar-
ticulus sic intelligitur. id est credo in spū-
ritum sanctum ecclesiam catholicam sa-
ctificantem. Item sciendum quod ecclesia
id est congregatio fidelium et quilibet bonus
in gratia existens est membrum ecclesie
et christus est caput. Unde Ephe. v.
Vir est caput mulieris sicut christus est
caput ecclesie. Et illius corporis anima
est spūs sanctus. quia spūs est qui vivifi-
cat. Item sciendum quod fides catholica est
vna. quod patet ex hoc. quia omnes christiani
antecedentes et sequentes vnam habent
buerunt et habebunt fidem. Ut dicitur li-
ij. sententiarū. dist. cxxv. Nam pcedentes
christiani illa credebant futura: que nos
credimus preterita. vti ipsi credebant
explicite vel implicite filium dei nasciturū
passurū mortuū et resurrecturū. celū ascen-
surū. hec omnia credimus iam facta scilicet
filium dei incarnatum. passum etc. Ber-
nar. Multi autem salvatoris aduentū om-
nipotentem timentes et diligentes sue
salutis gratissimum promissorem: credentes
in promissione fidelem: sperantes cer-
tissimum redemptorem. in hac fide et ex-
pectatione saluati sunt. licet quando et quā-
li et quo ordine salus repromissa fuerit:
ignozarent. Igitur ecclesia dicit vna ex-
tra quam nullus saluatur. et intra quam
nullus damnatur. Hoc figuratū est in ar-
cha noe in qua omnes qui fuerunt sal-
uabantur. et omnes qui extra eam fuerunt
submergebantur. Igitur periculosum
est valde extra ecclesiam esse
Prelucitur autem quis ab ecclesia tri-
pliciter. Primo propter quodcumque
peccatum mortale. quia licet peccatores
sint de ecclesia quantum ad numerum
propter christianitatis signaculum et ca-
racterem: quem in baptismo consecuti
sunt: tamen non sunt vivi quod ad me-
ritum. Secundo propter heresim. Ter-
cio propter excommunicationem. Qui
in aliquo predictorum scienter mortuus
us esset non esset cum fidelibus sepelien-
dus. nec esset pro eo orandum. nec aliq-
s sacrificium offerendum. **¶** Secun-
do ecclesia dicitur sancta. Hoc dicitur